



557.

INDEX EORVM

qua in Commentarijs C. Iulij Caesaris habentur per ordinem Alphabeti, per Raimundum Marlianum, hominem sui temporis eruditissimum. In quo diligenter quidem, sed cursim recognito, quaedam emendata sunt, quaedam vel dempta, vel mutata, multa addita usq; ad haec tempora.

A



AESAR in commentarijs Galliam in treis parteis diuides, loca Gallie Provinciae à Romanis tunc possessae, Britaniae ulterioris, quam Angliam dicimus, Hispaniae etiam citerioris, ac populorum cis Rhodanum, transq; Rhenum flumina sitorum annectit, qui omnes lingua, institutis, legibusq; inter se etiã tunc differebant.

Aduatici Belgarum populi regni Eburonum, nunc Leodiensium finitimi, ac Neruijs, nunc Tornacensibus proximi, habebant amplum, et altissimis rupibus oppidum, forte nunc, ut quibusdam uidetur, est oppidum appellatum Beamunth. vicinum Rhodano in finibus Hannoniae. Hos ex allusione vocabuli complures credunt esse eos, qui Donacum Atrebatensis dicecesis oppidum non longè à Cameraco urbe distans, incolunt. Hi Aduatici, Cimbris, Teutonisq; prognati erant, qui Transrhenani fuerunt. Sed magis conjectura est Aduaticos fuisse eos, qui hodie Gallicam Brabantiam, ubi oppidum Ninella est, partemq; Hannoniae circa Cannelum montem, et